



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 19. Basileensium consensus de celebranda Synodo

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. dem pertractanda, pacemque reddendam  
A.C. 1442 opportunus videretur: ad hanc igitur  
 concordiam suis & ipsi suffragiis concur-  
 rerent, si tamen in eorum animis vel mi-  
 nimum adhuc studium pacis Christiano  
 Orbi, quem per nefandum schisma dila-  
 ceraffent, reddendæ vigeret.

## §. XIX.

*Basileensium consensus de celebranda  
 alia Synodo.*

*Id. p. 1604.* Super hac Imperatoris petitione Basileæ  
 coram Felice diu multumque discepta-  
 tum; præsenserant enim Basileenses in-  
 gentia prorsus pericula, quæ ex alte-  
 riis Synodi celebratione ipsis immine-  
 rent. Nihilominus post crebras inter se  
 contentiones Principum voluntati obse-  
 cundare, & convocandæ Synodo annue-  
 re compellebantur. Exinde autem no-  
 va identidem inter eos succrevit jur-  
 giorum materies, quænam ratio in Con-  
 cilio tenenda esset; plures enim satius  
 fore censemabant, si hac super re nil certi  
 constitueretur, donec Cæsar Basileam  
 ingressus esset. Fridericus econtra ur-  
 bem adire constanter recusabat, nisi prius  
 Basileenses disertis verbis promitterent,  
 se alterius Concilii celebrationi consen-  
 furos. Insuper Felicis, & Basileensium  
 anxietas plurimum augebatur, eoquod  
 Imperii

Imperii Principes, & ipsemet Fridericus Sæcul. XV.  
 Imperator datis ad Eugenium literis eun- A.C. 1443.  
 dem tanquam Romanum Pontificem  
 venerati essent, quam tamen prærogati-  
 vam Felici omnino denegassent, & nequi-  
 dem suos ad eum Legatos misissent.  
 Palam itaque conquerebantur Basileen-  
 ses, tantum abesse, ut Cæsar & Prin-  
 cipes neutralitatem, quam polliciti sunt,  
 observarent, quin potius aperte profite-  
 rentur, Basileense Concilium nonnisi ini-  
 quum esse conventiculum, & Eugenium  
 ab eo per summum nefas a Sede Ponti-  
 ficia dejectum. Basileensium Delegatis  
 ejusmodi querelas in Imperatorem ef-  
 fundentibus, Casparus Slick reposuit,  
 Cæsaream Majestatem ad procurandam  
 Ecclesiæ pacem primum gerere animum,  
 de cetero quod attineret honorem Eu-  
 genio tanquam Papæ delatum, scirent,  
 Francofordiensis conventus decreta nul-  
 latenus immutari posse.

## §. XX.

*Congregatio Generalis Basileæ  
 celebrata.*

Basileensibus nil reliquum erat, quam ut  
 disertis tandem verbis Imperatori  
 mentem suam declararent, quo circa hac  
 super re die sexta Octobris generalem  
 Congregationem habuerunt.

B 4      §. XXI.